



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa  
Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones  
Occurrentes & Funebres**

**Tylkowski, Wojciech**

**Oliva, 1686**

De Eodem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](#)

gratissimæ de omni terræ fructu, reddis de parte & vino. *Obseruit panem & vinum Melchisedech & benedixit Abrahamo, Tu mitem nobis benedictionem. Mediator & DEI & hominum agenstram causam apud DEUM; multorum rei sumus, multis egomus.* Simeon Luc. 2. *Accipiens in manus benedixit Domino, & simul gentibus lumen annuntiavit & gloriam plebi Israël, impetrata nobis lumen, ora pro gloria. De Josepho Patriarcha scribitur, quod habuerit scyphum, de quo augurari solebat, hoc est, bona precari: habes in manu calicem, augurare nobis. Hic est calix novum testamentum in sangvine Christi, proinde calix gratiæ, calix redemptionis captivorum, calix salutaris Domini, calix JESU.* Augurare nobis hæc omnia, hic calix unionis, quia ex multis uvis conficitur unum viuum, sicut unus panis ex multis granis, impetrata nobis pacem cum DFO & inter nos ipsos. Hic calix in pignus amoris nobis dilectus, precare ut sicut à Christo amamus, ita illum vicissim amemus. Augurare & hæc & plurima alia & dum illum sumendo dices, *Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.* Etiam pro nobis hoc nomen Sanctum invoca, ut in nomine illius prosternamus inimicos, ut nomen Domini sit nobis turris fortitudinis, nomen ejus sit in nobis benedictum.

### De Eadem Fragmentum.

**D**EUS cuiusvis rei amat offerri sibi primitias. Multò magis gratum erit illi primum Sacrificium. Proinde si ob primas fructuum benedicebat, ob primam Misericordiam multò magis, maximè cùm Sacerdoti magnus aliundè ad DEUM pateat accessus. Ad hoc enim illum DEUS destinavit, ut nobis benefaciat, & benefacit. Ille enim nos à peccato originali per Baptismum liberat, peccata actualia post Baptismum contra-

etia,

da, quod non potest facere Angelus, dimittit, ex quo, plus est quam si nobis DEUS visibilem daret Angelum ut ad eum in nostris necessitatibus recurramus. Pascit verbo DEI & cibo Angelorum. Ipse claves regni celorum habet, cui aperit, ille ingreditur. Quodsi honorandi sunt Parentes qui nobis fuerunt causa nascendi. Et Exod. 21. *Qui maledixerit Patri vel Matri, morte moriatur, quanto magis Sacerdotes?* Similes sunt B. Virgini. sicut illa dictis verbis, *Ecce ancilla Domini fecit Christum incarnari, ita Sacerdos dictis verbis. Hoc est Corpus meum, &c.* Facit Christum subintare species panis & vini. Hinc dæmon coram S. Remigio genua flectebat, & id le face-re fassus propter honorem Sacerdotis, quoniam in eo erat. Num. 16. Consumebetur populus igne a DEO mislo, & dixit Moyses ad Aaron tolle iheribulum, & hauis igne de Altari mitte incensum desuper pergens citio ad populum ut roges pro eis. Ipse Moyses recurrerit ad Sacerdotem. Iosue 3. Cum ingressis Jordanem Sacerdotibus stetit aqua. Origen. in Iosue 4. non solum arcum reverita, sed & Sacerdotes. Designavit DEUS pro asylo reis urbes Sacerdotum. Philo lib. 3. de vita Moysis. ut hinc pateret honor Sacerdotum. Praescripsit illis pro ornamento capitum cydarim, genus diadematis tanquam Regibus ut. Philo. l. c. *Quia Sacerdos non solum cunctis hominibus est eminentior, sed & Regibus* Hinc etiam vitia Sacerdotum tantoperte DEUS estimat, ut dixerit Hieron. Epist. ad Sabinianum. Propter Heli filios locus tabernaculi subversus est, & propter vitia Sacerdotum, DEI tabernaculum destitutum est. Vicissim ita illorum honorem tuerit, ut Cyp. Epist. 3, lib. 1. in illa Matth. 5. Qui dixerit Fratri suo fatue &c. Quomodo possunt censuram DEI ultori evadere, qui talia ingerunt non solum Fratribus, sed & Sacerdotibus, quibus honor tantus de DEI dignatione conceditur, ut quisquis Sacerdoti ejus non obtemperaret statim necatur

retur Deut. 17. *Quicunque non exaudiet Sacerdotem morte m-*  
*riatur.* Unde Samueli dicit I. Reg. 8. *Non te sp̄reverunt sed me,*  
*Et ratio potest esse ex Ambr. lib. 3. de Virginibus.* Ubi ergo  
*Christus queritur & in pectore prudentis, id est, Sacerdotis.* An-  
*gelus est Sacerdos.* Greg. hom. 7. *Utinam non ad judicium*  
*nostrum dicamus, quia omnes qui Sacerdotis nomine censentur,*  
*Angeli vocantur Malach, I. Labia Sacerdotis &c.* Sed & Ange-  
li ministrant Sacerdoti. Ita scribit de S. Ghryostomo S. Ni-  
lus Epist. ad Anastas. Episc. *Ioannes Sacerdos Ecclesie Con-*  
*stantinop. videbat domum DEI refertam Angelorum cetera & tam*  
*in primis cum Divinum & in cruentum Sacrificium offerebatur.*  
*Cum capisset Sacerdos Sanctum Sacrificium, plurime statim ex*  
*beatissimis illis virtutibus de caelo descendentes, stoles induitae splen-  
ditissimis, nudis pedibus, intentis oculis pronae, Altare magno cum si-  
lentio & reverentia, quoad venerandum illud mysterium expli-  
cum fuit, circumsteterunt.* Deinde huc illuc per totam Domum  
diffusae, Episcopis, & Presbyteris & Diaconibus distributionem cor-  
poris & pretiosi sanguinis administrantibus adhaerunt, satigen-  
tes & sedulo adjuvantes.

### Ad Curam habentes Animarum.

**D**Escribit Ezech. II. *malum Pastorem Dominus. Sumi-  
bi vasa Pastoris stulti, pro pastorali gladium, pro esca ven-  
num.* Et ibidem addit. *O Pastor & idolum derelinquens gr-  
gem, gladius super humerum ejus.* Talis pastor erat Cain Gen.  
4. *Nunquid ego sum custos Fratris mei?* Custos es qui curam  
sulcepisti *Custos quid de nocte?* dum alii velut in nocte dormi-  
unt in peccatis tu clama, ne cesses, quasi tuba ex alta vocem tuam,  
si non clamaveris, anima tua erit in periculo si quæpiam ani-  
ma perierit nullius te authoritas deterreat ne contingat quod

scribit